Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



140

spiritu in ipso. Videns idolatrie dedita ciuitate.
disputabat quotidie in synagoga cum iudeis. et colentibus.
et in foro omnis diebus ad eos qui aderant. Quidam autem
epicurei et stoici philosophi disserebant cum eo. Et quidam
dicebant quid uult semini uerbius hic dicere. Alii uero. nouorum demoniorum uidetur adnuntia
tor esse. quia iesum et resurrectionem adnuntiabat
eis. Et adprehensum eum ad areopagum duxerunt dicentes.
Possumus scire que est hec noua que a te dicitur
doctrina. Noua enim quedam inferis auribus nris.
Volumus ergo scire. quid nam uelint hec esse.
Athenienses autem omnis et aduene hospites ad nihil
aliud uacabant nisi aut dicere aut audire
aliquid nouum. Stans autem paulus in medio areo
pagi ait. Viri athenienses. per omnia quasi sup sti
tiosos uos uideo. Preteriens enim et uidens si
mulacra uestra. Inueni aram in qua scriptum
erat ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis.
hoc ego adnuntio uobis. Deus qui fecit mundum et omnia
que in eo sunt. hic celi et terre cum sit dominus non
in manu factis templis habitat. Nec manibus
humanis colitur indigens aliquo. Cum ipse det omnibus
uitam et inspirationem et omnia. Inhabitare sup
uniuersam faciem terre. Definiens statuta tempora
et terminos habitationis eorum. Querere dominum. Si forte
attrectent eum aut inueniant. quamuis non longe
sit a uno quoque nrm. In ipso enim uiuimus et mo
ueamur et sumus. Sicut et quidam urm poetarum dixerunt.
Ipsius enim et genus sumus. genus cum sum di non
debemus estimare auro aut argento aut lapidi
sculpture artis et cogitationes hominum. Diuinum
esse simile. Et tempora quidem huius ignorantie
despiciens dominus. Nunc adnuntiat hominibus
ut omnis ubique penitentiam agant. eo quod statuit

et fecit ex uno omne genus hominum

e ; caetera